

etiam innocentiſſimis, nullorumque criminum reis communiſt ac per conſequens, crimen occultum ex actione Pœnitentiæ publicæ haud facile concludi poterat. Si tamen præviderent Patres ex impoſitione Pœnitentiæ publicæ crimen occultum revelandum iri; tunc pœnitentiæ publicæ in privatis, ob revelationis periculum, commutavit monet Morinus *lib. 5. cap. 8. num. 20.* Itã enim pœnitentiæ publicæ uſurpabant, ut privatis & ſecretis virtutem non adimerent.

XIII. Diſciplina imponendi pœnitentiã publicã pro peccatis occultis in Eccleſia Latina perſeveravit uſque ad finem ſeculi ſeptimi aut initium ſeculi octavi, ſi Morino credimus *lib. 7. cap. 1.* atque ab eo tempore vulgari cœpit communi atque hodie ab omnibus receptum axioma: *De peccatis publicis publicè; de occultis occultè eſſe pœnitendum.*

XIV. Hoc autem obſervat Morinus, quod mutatio illa facta non ſit phyſico more in momento te nſoris, aut Concilii generalis alicujus Decreto, ſed paulatim; & tacito quodam Eccleſiarum conſenſu. Atque hinc factum, ut alibi ſerius, alibi citius hæc mutatio recepta fuerit.

XV. Quamvis jam receptã hæc diſtinctione inter peccata publicã & occultã deſerit pœnitentiã publicã pro peccatis occultis, magnus tamen ſeculis aliquot ſequentibus numerus pœnitentium publicorum, veſte, loco, victu, luſu, totaque vitæ diſta à Fidelibus diſiſus in Eccleſia remanſit, uti oſtendit Morinus loco citato *cap. 2. & cap. 3.* demonſtrat, quã ſollicitè & diligenter providerent illorum ſeculorum Episcoporum, non modo ut peccatorum publicorum, quæ per varias Dioceſis parochias perpetrabantur, cognitio illos non lateret, ſed etiam ut occultã ipſos non eſſe gererent. Eã enim diſciplinã & cautione in iis inquirendis utebantur, ut difficile eſſet crimina occultã, nedum publicã, eorum ſoleriam & ſollicitudinem eſſe fugere. Quamobrem hoc? non peccantium odio, ſed amore & ſtudio, nos ut malum malo medicarentur, ſed ut optimi Medici, ſanitati ægrotorum deſiderantiſſimi. Omnis enim eorum cura & ſollicitudo eò tendebat, ut vulnera per crimen animæ illata curarentur, ne mors Pœnitentiã præveniẽs animã ut corporis interitum aſſerret.

XVI. Poſt hæc *6. 4. § 5.* probat, Episcopos per cenſuras, ac ſubinde etiam per invocationem brachii ſecularis peccatores publicos ad agenda publicã pœnitentiã adegiffe.

XVII. Quis ritus in impoſitione nec non actione pœnitentiæ publicæ obſervati fuerint, præſertim à ſeculo ſeptimo uſque ad duodecimum latè exponit *cap. 7. & ſequentibus; atque cap. 21. 22. § 23.* probat, multis ſeculis, etiam poſtquam invaluit pœnitentiã occultã, ſive privata pro peccatis occultis, ſemper impoſitas fuiſſe pœnitentiã Canonicã pro peccatis occultis; ſive ſecundum Canones pœnitentiales, non ſecus atque pro peccatis publicis; atque itã pœnitentiã privatã à Pœnitentiã publicã impoſitione & actione per ſolus ſolemnitatis omiſſionem diſcrepãſſe. Confeſſio igitur peccatorum occultorum ſecreta erat: omne pœnitentiã exercitium ſecretò & extra faciem Eccleſiæ agebatur, & abſolutio ſecreta: at ipſa opera pœnitentiã exercitiãque juxta Canonum præſcripta imponebantur. Neque enim minus curandis peccatis occultis, quã publicis invigilabant Eccleſiæ Paſtores: ideoque remedia utriſque curandis indifferenter ſuis Canonibus præſcribent.

XVIII. Cùm autem pœnitentiã publicã ſemper quibuſdam externis ritibus ac ſolemnitatibus veſtita fuerit multis ſeculis omnis pœnitentiã Publicã etiam ſolemnis reputata fuit; nec primis ſeculis diſtinctio inter publicã & ſolemnem pœnitentiã nota fuit: quin ſi Morino *lib. 5. cap. 25.* credimus, ante ſeculum 13. hæc diſtinctio incognita fuit; atque primum illo corrente ſeculo recipi cœpta.

XIX. Credit Morinus Theologos Scholaſticos diſtinctionis huius occaſionem ſumpſiſſe ex varia diſciplina circa pœnitentiã publicã, quæ variis temporibus à Patribus decreta fuit: quã cum in Canonibus apud Gratianum diſtinctione 50. ſuo aſpectu expreſſam viderent; nec atten-

dent, quã ratione omnia quæ dicebantur, uni eidemque pœnitentiã publicã poſſent pro varietate temporum & locorum applicari; pœnitentiã publicã in ſolemnem & non ſolemnem diſtinguere cœperunt; atque hæc diſtinctione Canones apparenter ſibi contrarios conciliare.

Aberrationis iſtius cauſa, non poſtrema (ait Morinus *ibidem num. 14.*) fuit Gratiani in diſcernendis Authoribus, eorumque ætate cœcudentia, quæ eruditum nemini ignota eſt. Hinc ſæpius apud eum præpoſtera diverſorum canonum concordia, qui temporum diſtinctione nullo negotio verè & piè conciliari poterant. Hunc ſeculi Scholaſtici & Canonice, decreta & canones variorum ſeculorum uni & eidem tempori tribuerunt, & reconciliatiorem, quæ obviã ſæpe occurrebat, in tranſverſum egerunt.

XX. Quidquid ſit, apud Canonice atque Theologos Scholaſticos receptiſſima hodie eſt, Pœnitentiã in tres ſpecies diſtinctio; nimirum ſolemnem, publicã & privatã.

De triplici hæc pœnitentiã ſpecie agens Cardinalis Hoſtienſis in Summa titulo De Pœnitentiã & Remiſſionibus ait: "Propriè dicitur illa ſolemnis quæ fit in capite quadrageſimæ cum illa ſolemnitate de qua habet *Diſt. 50. Can. IN CAPITE.* In hoc citato Canone ſub nomine Synodi Agathenſis deſcribitur ritus impoſitionis publicæ pœnitentiæ eodem ſerè modo, quo in hodierno Pontificali Romano deſcriptus habetur. Unde & notant Correctores Romani: "Sententiã verò huius capituli magna ex parte habetur in Pontificali & Ordine Romano: "Pœnitentiã hoc ritu impoſita, à Canonice hodie communi conſenſu dicitur ſolemnis.

"Publica propriè dicitur illa, inquit Hoſtienſis, quæ fit in facie Eccleſiæ non cum prædictã ſolemnitate, ſed quando injungitur peregrinatio per mundum cum baculo, & perã benedictis.

Verùm pœnitentiã publicã etiam meritiò dicitur, quæ fit in facie Eccleſiæ, tamen prædictus ritus non adit. Publica enim propriè appellatur, ab eo quod in publico fiat.

"Privata autem Pœnitentiã dicitur illa, quæ quotidie fit à juſtis, & quæ ſaltem ſemel in anno eſt faciendã, quando ſcilicet aliquis ſolus & ſecretè Sacerdoti conſitetur," ait Hoſtienſis.

XXI. Receptã hæc inter ſolemnem & publicã pœnitentiã diſtinctione, plura ex his quæ pœnitentiã publicã jam olim tributa erant, Canonice ad ſolemnem reſtrinxerunt; eique ſoli convenire crediderunt.

XXII. Imprimis cum priſtinis Canonibus cautum eſſet, pœnitentiã à ſolo Episcopo; vel à Presbyteris de Episcopi ſpeciali conſenſu imponi; id ad pœnitentiã ſolemnem reſtrinxerunt Canonice; hæcque à ſolo Episcopo imponi poſſe aſſerunt; eaque ſententiã etiam hodie recepta eſt: cùm tamen Canones de omni publicã pœnitentiã ſaltem pro peccatis publicis imponenda, loquerentur. Vide Fagnanum ad *Cap. MANIFESTA § De pœnit. & Remiſſ. n. 5.*

XXIII. Ulterius cum in nonnullis Canonibus dictum reperirent, Pœnitentiã publicã reiterari non poſſe, illud huic ſolemnis Pœnitentiã appropriarunt; cum tamen pluribus ſeculis ſaltem in Eccleſia Latina omni publicã Pœnitentiã commune fuerit, juxta illud S. Auguſtini Epistoſa ad Macedonium. "Cautè ſalubriterque proviſum eſt, ut locus illius humillimæ Pœnitentiã ſemel in Eccleſia concedatur, ne medicina vilis minus utilis eſſet ægrotis, quæ tanto magis ſalubris eſt, quanto minus contempnibilis fuerit.

Hanc diſciplinã in Eccleſia Latina uſque ad ſeculum VIII. durãſſe oſtendit Morinus *lib. 5. cap. 28.*

XXIV. Præterea ad hæc ſolemnem Pœnitentiã pertinet crediderunt Canonice, quod Canones dicunt, Clericos pœnitentes Ordinibus ſuis nec poſt actã Pœnitentiã publicã reſtitui; nec Laicos ad Ordines promoveri poſſe: cum id de qualibet Pœnitentiã publicã, juxta Canonum præ-

præſcripta intelligeretur; non quidem ratione Pœnitentiã, ſed ratione criminis commiſſi ex mente Patrum; ut infra titulo De Irregularitate oſtendetur, ac una dicitur, quæ fuerit Canonice errandi occaſio.

XXV. Pœnitentiã publicã, ut à ſolemnis diſtinguitur; id eſt, quæ quidem in facie Eccleſiæ ſeu publicè peragitur; ſed ſine ſolemnitate in citato Canone *In Capite & Pontificali Romano* deſcripta, à Presbytero etiam ſine ſpeciali mandato Episcopi, pro peccatis publicis imponi poſſe communitè tradunt Canonice, conformiter ad *Cap. 1. § De Pœnit. & Remiſſ.* ubi dicitur: *Manifesta peccata non ſunt occultã correctione purganda.*

XXVI. Et ſane pœnitentiã publicã pro peccatis publicis non tantum ipſa Eccleſiaſtica diſciplina, ſed ratio naturalis ipſaque Divina juſtitia exigere videtur.

Quid enim rationi juſtitiaque divinæ congruentius, quã ut pœnitentiã ſit peccatis proportionata; adeoque publicã pro publicis peccatis.

Ad hæc cùm per peccata publicã plerumque aliis ſcandalum generetur, dum videntes publicè peccata committi, ad eãdem etiam committenda provoentur, niſi pœnitentiã alicujus timore coërceantur, ratio exigat ut quos publicè peccando ad peccandum incitavit, publicè pœnitendo à peccatis revocet.

Denique dum pro peccatis publicis agi pœnitentiã populus non videt, idea de peccatorum magnitudine adeò paulatim minuitur; ut niſi per manifesta pœnitentiã publicã exemplã aliquã magnitudo peccatorum eorum occultis obſcuretur, futurum ſit, ut ſine ullo timore peccata committant; atque peccata alioquin gravia, appareant levia aut nulla.

Hinc illud Apoſtoli I. ad Timoth. *Peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habeant.*

XXVII. Hoc Apoſtolicum monitum aſſumens Synodus Tridentina *ſeſſ. 24. cap. 8. De Reformat.* declarat: "Quando igitur ab aliquo publicè, & in multorum conſpectu crimen commiſſum fuerit, unde alios ſcandalo offeſos commotoſque fuiſſe non ſit dubitandum; huic eandem dignam pro modo culpæ pœnitentiã publicè injungi oportet; ut quos exemplo ſuo ad malos mores provocavit, ſuæ emendationis teſtimonio ad rectã revocet vitam. Episcopus tamen publicã hoc pœnitentiã genus in aliud ſecretum poterit commutare, quando itã magis judicaverit expedire.

Ex his verbis evidens eſt, voluiſſe Synodum, pro peccatis publicis, & in conſpectu multorum commiſſis pœnitentiã publicã à Confeſſariis eſſe imponendam; eatenus ſaltem, ut publico ſcandalo ſatiſſat; utque eo pacto peccator, quos exemplo ſuo ad malos mores provocavit, ſuæ emendationis teſtimonio ad rectã revocet vitam.

XXVIII. His conforme eſt quod decernitur in Rituali Romano & Paſtorali Mechlinienſi titulo *De Sacramento Pœnitentiã.* "Videat autem diligenter Sacerdos... ne abſolvat eos qui publicum ſcandalum dederunt, niſi publicè ſatiſfaciant & ſcandalum tollant.

Sanctus Carolus in primo ſuo Concilio Mediolanenſi titulo, quæ pertinent ad *Sacramentum Pœnitentiã*, decernit: "Idem (Confeſſarii) quemadmodum à Sancta Tridentina Synodo juſſum eſt, publicè peccantibus publicã Pœnitentiã imponant: neque illud pœnitentiã genus, niſi data ab Episcopo facultate, ſecreta alia, pœna commutare audeant.

XXIX. Igitur eatenus ſaltem hodierna Eccleſiæ diſciplina Pœnitentiã publicã retineri, & à Presbyteris imponi vult, ut per eã ſcandalum per publicã peccata datum reparetur; utque ſua pœnitentiã peccator eos quos exemplo ſuo ad malos mores provocavit, ſuæ emendationis teſtimonio ad rectã revocet vitam, eamque Pœnitentiã pro peccatis publicis ac notoriis à Presbyteris itã imponendam conſiſit Synodus, ut ſoli Episcopo facultatem tribuat, publicã hoc Pœnitentiã genus in aliud ſecretum, quando

itã magis judicaverit expedire, commutandi.

XXX. Quod verò genus Pœnitentiã hic requiritur, non expreſſit Synodus; ſed illud Confeſſariorum prudentiã permittit; qui criminis, perſonæ, loci & temporis conditione diligenter expenſã, judicent quæ Pœnitentiã publicã pro ſcandalo reparando imponenda ſit, qua in re ne ſubinde præcipiti zelo aberret Confeſſarius, non nunquam expediet, Superiores alioſque peritiores conſulere.

XXXI. Quod verò ad Pœnitentiã publicã omnibus illis ritibus externis veſtita, quam ſolemnem vocant Canonice, attinet, eã à Patribus utiliter præſcriptã, atque cum fructu non exiguo impoſitam agnoſcit Eccleſia; atque etiamnum hodie ipſis Episcopis in Pontificali exhibet, ejuſque ritum exactè deſcribit, ut pro temporum locorum atque criminum gravitate & perſonarum qualitate eã reducant.

XXXII. Huic Eccleſiæ voto obſequens S. Carolus in Concilio Mediolanenſi III. titulo *De iis quæ ad pœnitentiã Sacramentum pertinent* ſtatuit: "Studeat Episcopus ad ſacrorum Canonum & Tridentini Concilii præſcriptum, pro publicorum delictorum gravitatis ratione, & publicã & ſolemnem pœnitentiã in uſum revocare. Quos verò itã ſolemniter pœnitere oportet, menſe ante quadrageſimã initium ad ſe per Parochos deſerri curet, ut primum ineunte quadrageſimã illi pœnitentiã affici, tum die cœnæ Domini Eccleſiæ reconciliari poſſint ſtato ſolemnis ritu.

Hoc Decretum rurfus renovavit in Concilio Mediolanenſi V. utque utriuſque Concilii Decretum eã executionem habeat, in Synodo ſua Diceceſana II. voluit, "ut ſi qui tale facinus commiſerint ut pœnitentiã publicã & ſolemnem ſatiſfacere debeant, eorum nomina Parochi menſe ante quadrageſimã initium ad nos deferant, ut ineunte quadrageſimã ex inſtituto Eccleſiæ rite ea pœnitentiã imponatur.

Solemnem ergo pœnitentiã à ſolis Episcopis imponi vult, quando ipſi pro gravitate delicti & ſcandali dati, temporum atque perſonarum conditione, non politicè, ſed juxta Evangelicã & Eccleſiaſticã regulã expenſã, imponendam judicaverint.

CAPUT III.

De Canonibus & Libris Pœnitentialibus.

1. Quid propriè Canones Pœnitentiales?
2. Eorum uſus antiquiſſimus; & quare?
3. In determinandis Pœnitentiã admodum circumſpecti & ſolliciti erant olim Episcopi.
4. Inſigniores etiam Episcopi non audebant ſoli aliquid determinare; ſed alios conſulabant.
5. Exemplum in Episcopis Africanis.
6. Alterum in Clero Romano.
7. Argumentum huius diſcipline ſuppeditant priſcorum conciliorum Canones.
8. Epistoſa Canonica S. Gregorii Thaumaturgi & Petri Alexandrini non bene argumentum ſubmiſtrant.
9. Omnium ſecundiffima eſt hæc in rem Epistoſa Canonica S. Baſilii.
10. Pontifices etiam ſæpius ſuper pœnitentiã imponenda conſulti; & ejuſ exemplum ex Gratiano.
11. Ex cura Patrum circa pœnitentiã orti ſunt Canones Pœnitentiales.
12. Qua ratione mediis ſeculis compoſiti Libri Pœnitentiales?
13. Horum librorum Deſcriptio.
14. Ex præſcripto horum librorum Presbyteri pœnitentiã imponere debebant.

15. Episcopi sedulo invigilabant, num juxta Canones poenitentia imponeretur.
16. Pro assequenda Canonum poenitentialium notitia intelligendi 4. Poenitentium gradus.
17. Quatuor hi gradus recitantur.
18. Descriptio primi gradus.
19. Hic gradus erat extra templum.
20. Quid in hoc gradu agerent Poenitentes?
21. In hoc gradu existentes nondum erant proprie Poenitentes.
22. Hic gradus non ubique, nec semper inter gradus poenitentiae computatus.
23. Descriptio secundi gradus poenitentialis.
24. Quo loco hic gradus consisteret.
25. Qua Poenitentium in hoc gradu exercitia?
26. In hoc gradu nulla super Poenitentes manus impositio aut oratio; nec opera poenitentialia eis imponebantur.
27. Quam ratione auditio Scripturae sacrae huic gradui Poenitentiali esset propria.
28. Quid per admissionem ad primum & secundum gradum consequeretur peccator?
29. Tertii gradus poenitentialis descriptio.
30. In hoc gradu crebra fiebant super Poenitentes manuum impositiones & orationes.
31. Quo tempore haeserent?
32. In hoc gradu imponebantur opera corporis afflicta.
33. Hic gradus proprie poenitentialis; & in illo existentes proprie Poenitentes dicti fuerunt.
34. Quarti gradus descriptio.
35. In hoc existentes manebant toto tempore Sacrificii.
36. Non tamen poterant offerre; vel communicare.
37. Plura hominum genera ad hunc gradum redigebantur.
38. Quanto tempore in unoquoque gradu subsistendum?
39. Episcopi tempus abbreviare poterant.
40. Poterat Episcopus omissio inferiori gradu collocare poenitentem in altiore gradu.
41. Praecipuus scopus Oeconomia poenitentialis erat, ut sciretur, an peccator verè esset conversus.
42. Episcopi diligenter observabant modum agendi Poenitentium; & monebant Presbyteros ut sincerum de Poenitentibus testimonium redderent.
43. Quomodo circa dispensationem Poenitentes de uno ad alium gradum ascenderent.
44. Quandoque Canones Poenitentialis caperint abrogari?
45. Qua occasiones abrogationis?



Anon Graecè, Latine *regula* nuncupatur, ait Ilidorus apud Gratianum *Dist. 3. Can. 1.* Hinc Canones Ecclesiastici proprio & Antiquis usitato modo loquendi, sunt regulæ morum Directrices, non unius, sed plurium Ecclesiae Præsulum consensu præscriptæ.

Itaque Canones Poenitentialis sunt regulæ, quibus Pontifices, concilia, atque SS. Patres poenitentia peragendæ normam peccatoribus præscriperunt; opera pœnosa & laboriosa cuique crimini proportionata & opportuna discernendo, ac injungendo.

II. Horum usus antiquissimus est, & ab ipsis propemodum Ecclesiae incunabilis exordium sumpsit.

Cum enim Patribus esset persuasum, poenitentias convenientes peccatis impositas plurimum ad sanationem peccatoris, & remissionem criminum valere, uti variis Patrum testimoniis ostendit Morinus *lib. 3. De Administr. Sacr. Pœn. c. 12.* magnopere solliciti fuerunt Episcopi, ut scirent, quæ qualesque poenitentia singulis quibusvis criminibus congruerent.

III. Utque in re tanti momenti, à qua ipsius animæ curatio possimum dependet, securius procederent, nihil ferè circa hanc rem pronuntiabant aut statuebant, quod antea à multis Episcopis seriò deliberatum & examinatum non esset.

Quapropter, quoties peccatum aliquod novum occurrebatur, aut peccati nova species vel magni momenti circumstantia, toties in unum conveniebant Episcopi, & scrupulosè admodum inquirebant pro poenitentia genere peccatum illud esset expiandum; & re deliberata & definita singulis Parœciis suis id quod communi consensu statutum erat significabant, ut Episcopi omnes & Presbyteri crimen illud juxta Canonem recens conditum poenitentia imposita curarent. Tanto studio cavebant, ne reconciliationem cum indignis communicarent?

IV. Hæc Morinus *lib. 6. cap. 14.* qui ibidem addit: "Videre est insignis & doctissimos Episcopos emergente aliquo novo crimine herentes qua poenitentia esset eluendum, jubentesque criminis Reos tantisper apud se flere, orare, jejunare, donec Episcopi convenientes deliberassent, quo poenitentia medicamine essent sublevandi & curandi. Videre est alios in ejusmodi casu suspensos nihil de poenitentia statuente donec à vicinis Episcopis responsum tulissent.

"Nec ista (ait Morinus) diligentia tribus tantum aut quatuor seculis in Ecclesia viguit, sed undecim integris, ita constanter perduravit, ut de ea nihil profusum remissum fuerit.

V. Antiqui hujus moris locupletissimus testis est S. Cyprianus in variis suis Epistolis, ac signanter *Epistola 53.* ubi lex Episcopi eum consulunt, an tuto post *trienni* poenitentiam iis reconciliatio concedi possit, qui fortissimè coram Magistratu & populo frequente tormenta passi fuerant, & vicerant, deinde à Proconsule tenti, & gravissimis poenitentia diutissimè ex cruciatu, tandem ceciderent, & gloriam prioris certamine partam maculaverant. Neque tantum de hac re Cyprianum consulunt, sed etiam rogant ut cum aliis Episcopis quaestionem illam communicet.

Verba Cypriani sunt: "Quoniam tamen scripsistis, ut cum pluribus Collegis de hoc ipso plenissimè tractem, & res tanta exigit majus & impensius de multorum collatione consilium, & nunc omnes ferè inter Paschæ prima solemnitas apud se cum fratribus demorantur, quando solemnitate celebrandæ apud suos satisfecerint, & ad me venire cœperint, tractabo cum singulis plenius, ut de eo quod consulistis figatur apud nos, & rescribatur vobis firma sententia, multorum Sacerdotum consilio ponderata.

VI. Hujusmodi plurima inter epistolas Cypriani testimonia illius disciplinae occurrunt; atque inter alia etiam testimonium Cleri Romani tempore Cypriani, Sede vacante per mortem Fabiani Papæ, ita ad ipsum Cyprianum de causa lapsorum scribentis: "Quamquam nobis in tam ingenti negotio placeat quod tu & ipse tractasti prius: Ecclesiae pacem sustinendam; deinde sic collatione consiliorum cum Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Confessoribus, pariter ac stantibus Laicis facta, Lapsorum tractationem.

Hæc Clerus Romanus *epist. 31.* inter epistolas Cypriani. Et ne horum lapsorum interim cura ac salus neglecta profus videretur, moderamen quidem aliquod excogitarunt, sed iterum nonnisi de consilio plurium Episcoporum, ut liquet ex subsequenti: "Cujus temperamenti moderamen hic tenere quærentes diu & quidem multi, & quidem cum quibusdam Episcopis vicinis nobis & appropinquantibus, & quos ex aliis provinciis longè positis persequutionis istius ardor egerat, ante constitutionem Episcopi nihil innovandum putavimus, sed lapsorum curam mediocriter temperandam esse credimus ut interim dum Episcopus dari à Deo nobis sustinetur, in suspensio eorum, qui moras possunt dilationis sustinere, causa teneatur.

VII. Eju-

VII. Ejuſdem diligentia ac sollicitudinis argumenta insignia sunt singuli ferè Canones Elibertani, Ancyrani, Nyctani, Concilii Arelatenſis I. In his enim pœn omnibus agitur de poenitentia certis criminibus imponenda; criminum variae species circumstantia, peccantium voluntas, necessitas, occasio discutuntur, & unicuique speciei circumstantia aggravata aut sublevata analogæ poenitentia à Patribus injungitur; ut pluribus annotavi in Commentatio ad Canones præsertim *Ancyranos.*

VIII. Argumentum quoque non leve suppeditat Epistola Canonica S. Gregorii Thaumaturgi. Hic enim interrogatus à vicinis Episcopis, quæ poenitentia certis criminibus noviter in eorum Diœcesibus, occasione incursionis Barbarorum, perpetratis, illis hac Epistola respondet; eosque modum poenitentiarum docet: ac præterea Presbyterum à se bene instructum ad eos ablegat; una addens, nonnullis peccatis poenitentiam se definire non audere, sed expectandam Episcoporum Synodum, ac interim criminum reos ab Ecclesia pellendos. Sic scribit *Can. 5.* "Propterea ergo Fratrem, & consenſum nostrum Euphrosinum ad vos misimus, ut secundum formam quæ hic est, & ipse similiter det, & qui modo accusationes admittit oporteat, & quos à presbitero abdicare. Et *Can. 7.* de quodam speciali crimine loquens ait illius criminis reos, "etiam ab auditione arcere oportet, donec *desis, congregatis Sanctis, aliquid commune* visum fuerit, & ante eos Sancto Spiritu.

Insigne quoque istius disciplinae exemplum est Epistola Canonica S. Petri Alexandrini constans 14. Canonibus in quibus singulae species lapsorum examinantur, & singulis poenitentia conveniens assignatur; ut eam formam universæ Patriarchatus Alexandrini Ecclesiae teneant.

IX. Sed nihil est in hanc rem præclarior aut fecundior, quam epistola canonica S. Basilii continens 85. Canones, qui, vix uno excepto, nihil aliud spectant, quam poenitentias singulis peccatis injungendas. Id autem fecit S. Amphilo- chii Iconiensis Episcopi interrogatis stimulatus, qui à tanto & tanti celebri viro edoceri volebat quibus pœnis peccata curari possent: non enim à seipso vir alioquin magnus id audebat statuerè.

X. Pontifices quoque sæpè consulti sunt, quæ poenitentia nonnullis criminibus esset imponenda & augenda; ut peccator reconciliationem de Deo, & ab Ecclesia mereretur. Tanti enim aestimatum est ab Antiquis (ait Morinus *lib. 6. cap. 15. num. 7.*) dignam & sceleribus æquatam Poenitentiam agere, ut non modo Episcopi quorum erat Poenitentiam dicere, sed etiam ipsi criminum rei doctissimos, quosque & in canonum lectione optime versatos diligenter consulere, ut eorum consilio, & ductu canonicam Poenitentiam agere, ejusque omnes molestias perpeti possent. Pontificem autem adhibant, non ut relaxationem, ne dum immunitatem à poenitentia Canonibus instituta obtinerent: Hoc erat seculis illis inauditum; sed ut eam in regre, & juxta Canonum placita mentemque præstarent. Fixum enim erat eorum animus, poenitentiam, ejusque labores omnes auxilia Dei impetrare, quibus peccatores adjuvi multò facilius, securius, & efficacius ad gratiam Dei & remissionem peccatorum obtinendam disponentur.

Exemplum insignis illius consultationis, & Pontificii responsi refertur apud Gratianum *Caus. 12. q. 2. Can. 17.* & plura à Morino loco citato.

XI. Ex his per quam manifestum est, summam jam pridem fuisse Patrum curam & studium, ut quibusque criminibus convenientes & dignas poenitentias, atque peccatorum remedia præscriberent; & quæ certis Canonibus seu regulis exprimerent, qui à poenitentia præscripta Poenitentialis dicti fuerunt.

XII. Cum verò sensum hi Canones ac Patrum & præscriptiones, & responsa de poenitentia imponendis multiplicarentur; atque in Canonum collectionibus nonnulla intercurrerent quæ alio spectabant, nec non in Patrum Tra-

ctatibus sparsim multa de remediis peccatorum immisce- rentur, opportunum visum fuit, pro majore inferiorum Presbyterorum (ad quas circa seculum 8. impositio poenitentia, præsertim pro peccatis *occulis* devolvi cœperat) commodo, Canones illos in certum ordinem, & compendium colligere; certosque libellos, nihil nisi hujusmodi Canones continentes componere; ut ita unusquisque Presbyter in promptu semper haberet regulam poenitentia imponenda. Hi libelli à materia subjecta vulgò dicti fuerunt *Pœnitentiales*; multaque in illis pro commoditate Presbyterorum occurrerant quæ in Canonibus deerant.

XIII. Hæc exponit Morinus in præfatione ad libros Poenitentialis; atque una horum librorum utilitatem astruit, eosque *lib. 6. cap. 14. num. 17.* ita describit.

"Omnes hæ collectiones quotquot sunt, inquit Morinus ibidem *num. 17.* "nihil aliud sunt, quam præcedentium Canonum, & sententiarum Paternarum collectiones inter se tantum differentes, quòd & ordinem varium sequuntur, & varias librorum, titulorum, & capitulorum distinctiones. Quum enim quaestioni proposita respondent, nihil de suo proferunt, sed nudos Canones, & nuda Patrum verba afferunt. Annis 1160. nullus doctor privatus inventus est, qui aliter de Poenitentia & remediis, quibus peccata per Sacramenta poenitentia puniuntur, & curantur, scribere tentaverit.

XIV. Libri hi Poenitentialis auctoritate Episcoporum probati & evulgati, Presbyteris inferioribus tradebantur; ut juxta quod in illis erat præscriptum, Poenitentias imponerent; & Poenitentes dirigerent.

Unde in Ordine ad celebrandam Synodum circa seculum 10. composito, inter cæteras admonitiones Episcopi ad Presbyteros una hoc erati: Feria IV. ante Quadragesimam plebem ad confessionem invitare, & ei juxta qualitatem delicti Poenitentiam injungite, non ex corde, sed sicut in Poenitentiali scriptum est.

Quod hic dicitur, non ex corde, idem est ac si diceretur, non ex animi sui motu, non ex impetu quodam mentis & voluntate, sed prout in Poenitentiali scriptum est; uti rectè exponit Vir eruditus Stephanus Balufius in notis ad *art. 57. lib. 1.* Regimontis, ubi citatus Ordo refertur.

Et formula visitationis Episcopalis *art. 95.* interrogare jubet: "Si habeat Poenitentiale Romanum, vel à Theodoro Episcopo, vel à Venerabili Presbytero Beda editum, & secundum quod ibi scriptum est, interroget contentem, & confesso poenitentiam imponat." Apud Regimontem lib. 1.

XV. Episcopi autem multum solliciti erant & invigilabant, ne Sacerdotes aliter quam juxta *Canonicam auctoritatem* poenitentiam imponerent; quemadmodum ex Concilio seculo 9. celebratis videre est; atque signanter Parisiensi VI. anno 829. quod *lib. 1. cap. 32.* præcipit ut unusquisque Episcoporum in sua Parochia instruat Presbyteros "qualiter & contentium peccata audire discreteque inquire, eisque congruum modum poenitentia secundum *Canonicam auctoritatem* noverint imponere." Ratio quam reddunt notatu dignissima est: "Quoniam hætenus eorum incuria & ignorantia multorum flagitia manserunt impunita.

XVI. Pro assequenda horum Canonum (quorum tanta per undecim circiter secula in Ecclesia fuit veneratio; atque constans, saltem in Ecclesia Latina usus) exactiore notitia nonnulla necessarii notanda, atque exponenda sunt.

Primum, in hisce Canonibus frequenter occurrit mentio diversorum graduum sive ordinum vel stationum per quos poenitentes gradatim quasi ascendebant, priusquam omnimodæ ac perfectissimæ communioni restituerentur.

XVII. Communiter autem quatuor gradus assignantur; quos expressit Canon qui vulgò Canonibus epistolæ Canonice S. Gregorii Thaumaturgi subjicitur, atque jam pridem

ex